DE IUDICIO ET personis in eo legitime comparentib.

TITULUS I.

Cum ea, quae in controversiam veniunt, plerumque [ideo hic licium amicabiles compositiones quae fiunt extra judicium.] judicio decidantur, haud immerito à titulo judicij praesens opusculum auspicamur. Est enim Judicium decidendorum, quod de ... agendorum, mensura optima; et iudex appellatur medium [Abbas in 11. c. 1. in 6 notab. de prob. & Br. in l. legatum civitati. ff. de usufr. legat.] inter Actorem & Reum.

Verum ut definiendo procedamus, judicium nihil aliud esse dicimus, quam actum [Od. Coster in tit. de judicijs.] legitimum trium personarum, Judicis, Actoris & Rei, super civili vel criminali causa contendentium. Vide jus Municipale Prag. sub litera B. 87. distinct. 2.

Judex contendit, ut veritatem inquirat, Actor contendit ut reus sibi condemnetur: Reus vero contendit, ut absolvatur. 30. q. 5. c. judicantes. & 4. q. 4. c. 1.